



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

14 De Attenuatione Irvis Qvod vocant Patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tellenda, emendandaq, ac monasteria hæc Episcoporum & defensorum ordinariæ iurisdictioni relinquenda. Vt vel inde Imperium Romanum per sedem apostolicam ita eneruatū, vires pristinas eo celerius recuperare queat.

#### DE ATTENUATIONE IURIS QVOD vocat Patronatus.

- 14 Item quum per mortes possessorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum ius patronatus ad laicos spectat, seu ecclesiasticos, tum conantur & papalis Sanctitas, & eius oratores vel legati iuri huic derogare, hoc modo: vt conferant beneficia ita vacantia, Curtisanis, aut alijs quibuscūq; libuerit, ita vt patronis ipsis ius suum præsentandi per hoc adimatur, auferaturq, ac interim hoc prætextitur a sede apostolica, quasi præuentioni hac in re sit locus, vt qui prior beneficium illud contulerit, q, hæc teneat collatio, licet patroni tempus quoddam habeant, intra cuius metas, beneficia sua libere, & a nemine præuentioni, conferre possint. Eam ob rem patronis laicis & ecclesiasticis ex fictitia hac præuentione multa oritur iactura. Quapropter Sa. Ro. Impe. Status sanctitatem apostolicam rogât, vt talia grauamina atq; onera aboleantur, & post hac beneficia vacatura, suo queq; patrono relinquuntur, nec permittendum Curtisanis, vt dehinc vel per iudiciorum ordinem, vel suapte ingenio ad talia beneficia se ingerant, sed statuto irreuocabili sancieudū, si quid a quoq; contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarij istius iuris, præuentionis, vt præmittitur fuerit attentatum, q, omne id nullius sit momenti, viribus careat, sitq; ipso iure nullum, cassum, & inualidum.

#### DE ECCLESIASTICIS QVI ROMAE VEL inter eundem Romam, mortem oppetunt.